Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



deu

tuos auertere a domino đo uro. qui e-
duxit uos de terra egypti. et redemit uos
de domo seruitutis ut errare te faceret
de uia quam tibi precepit dominus
deus tuus. et auferes malum de medio
tui. Si tibi voluerit persuadere frater
tuus filius matris tue. aut filius tu-
us uel filia. siue uxor que in sinu tuo
est. aut amicus quem diligis ut ani-
mam tuam clam dicens. eamus et
seruiamus deis alienis quos ignoras
tu et pres tui cunctarum in circuitu
gentium que iuxta uel procul sunt ab
initio usq; ad finem terre ne acquie-
cas ei. neq; audias uocem eius. neq;
parcat ei oculus tuus ut miserearis
et occultes eum. quia statim interficies
eum. Sit primum manus tua sup
eum et post te omnis populus mittat ma-
num. Lapidibus obruetis necabitur
quia voluit te abstrahere a domino
deo tuo qui eduxit te de terra egypti
de domo seruitutis ut omnis israel au-
diens timeat et ne quaquam ultra
faciat quippiam huius rei simile.
Si audieris in una urbium tua-
rum quas dominus deus tuus dabit ti-
bi ad habitandum dicentes aliqs.
egressi sunt filii belial de medio tui.
et auerterunt habitatores urbis de
re tue atq; dixerunt eamus et seru-
iamus deis alienis quos ignoratis
quere sollicite et diligenter rei ueri-
tate perspecta. si inueneris certum et
qd dicitur et ab hominatione hanc
ope perpetratam statim percutiet hab-
itatores urbis illius in ore gladii. et de-
lebis eam. omnia q; que in illa sunt
usq; ad pecora. quicquid etiam sup
pellectilis fuerit congregabis in me-
dium platearum eius. et cum ipsa ci-
uitate succendes ita ut universa con-
sumas domino đo tuo. et sit tumulus
sempiternus. Non edificabitur am-
plius et non adherebit de illo anathe-
mate quicquam in manu tua. ut a-
uertatur dominus a ira furoris sui
et misereatur tui. multiplicetq; te. sic
ut iuerat patribus tuis. quando audie-
ris uocem domini dei tui custodiens
omnia precepta eius que ego precipio
tibi hodie ut facias qd placitum est
in conspectu domini dei tui. XIIII

Filii estote domini dei uri.
Non uos incidetis nec fa-
cietis calueicium sup mor-
tuo. qm populus sanctus es domino
đo tuo. te elegit ut sis ei in populum
peculiarem de cunctis gentibus
que sunt super terram. Ne comeda-
tis que immunda sunt. Hoc est
animal qd comedere debetis.
Bouem. ouem et capram. cer-
uum. capreum. bubalum. trage-
laphum. pigargon. orien. came-
lopardolum. omne animal
qd in duas partes ungulam fi-
dit et ruminat. comedetis. de
bis autem qui ruminant et
ungulam non findunt hec co-
medere non debetis. Lepo-
rem. camelum. cyrogrillum. qui rumi-
nant et ungulam non findunt. i-
munda erunt uobis. Sus quoq;
qm diuidit ungulam. non rumi-
nat. immunda erit. Carnibus eorum
non uescemini. et cadauera non ta-
getis. Hec comedetis ex omnibus que
morantur in aquis. Que habent pen-
nulas et squamas comedite. que
absq; pennulis et squamis sunt
non comedatis quia immunda s.